



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

159. An habens votum Religionis, seu castitatis peccet mortaliter
contrahendo matrimonium animo ingrediendæ Religionis antequam
consummet matrimonium? Et quid est sentiendum, quando quis absque
vllo ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

compensare cum re superioris ordinis meritorum, ut qui debet pecuniam, quam absque vita, vel fama detimento restituere nequit, excusat. At talis religio respectu continentiae promissio: quanvis enim religio sit magnum Dei donum; id tamen est sponte eligenti. Vnde negati non potest esse gravissimum onus, & tale, ut nemo sit illud subite compellendus, nisi se expresse obligauerit, & constat statim religiosum nisi sponte suscipiat, difficiles solere exitus habere. Denique id manifeste ostenditur ex Extraaganti Ioan. XXII. *Antiqua concertatione de voto*; in qua decernit, eum, qui post contractum matrimonium ante consummationem inuita vxore fuerat lacris initatus, inducendum quidem, non compellendum ut Religionem ingrediatur; non tamen autem ingredi, compellendum ut petente sponsa matrimonium consummet, cum tamen talis suscipiendo Ordinem Sacrum obligauerit se voto castitatis. Hac enim sunt verba Pontificis: Ad ingressum huiusmodi (nempe Religionis) sic ordinatum, si matrimonium consummatum non fuerit, per Dicessanum instanti moneri pricipimus & induci: quod si forsan renuerit adimplere ipsum, si sponsa eius institerit, per censuram Ecclesiasticam compellendum decernimus contractum matrimonium consummare. Vbi Glossa verb. renuerit adimplere, ait, Pontificem expresse supponere, licere illi renuere; quia alia non eius voluntati id relinquetur, sed potius compelleretur. Si igitur ex hac decisione constat coniugij promotum ad ordinem Sacrum, post matrimonium ratum, cum possit castitatem in eo promissam obseruare religionem ingrediens, ad id non tenari, à fortiori non tenebitur qui ante matrimonium voverat castitatem. Quare cum ille sit compellendus reddere debitum per Ecclesiasticam censuram post bimestre iure concilium, ut ibi decidatur, manifestum est illum non peccare, reddentem, sed potius si debitum negaret, verè peccaret. Hoc argumentum adeò efficax esse censetur, ut merito dicat Basil. Pontius, & non videre, quomodo stante dicta Pontificis decisione, sententia opposita defendi queat.

4. Et ideo cum Perez idem dicendum esse puto; Si votum castitatis emitatur post matrimonium ratum. Probatur rationibus numero praecedenti ad ductis, maximè decisione dicta extraagantis, ubi dictum est; Deciditur sic sacris initiatum non tenere ad religionem, ut votum obseruet. Addo non tenere ingredi religionem, etiam si velut alter coniux cedere iuri suo, abstiens à debito petendo, nisi expresse voluisse, dum castitatem sic vovit, se ad religionem obligare, quanvis sciret non posse castitatem quam promisit obseruare, nisi ingrediendo religionem.

5. Sed pro Confessariis, & pro praxi huc restant nonnulla circa votum suscipiendo Sacros Ordines, in quibus incoluntur votum castitatis, & circa votum ingrediendi religionem, & circa votum non contrahendi matrimonium.

6. Et ideo circa primum, affero cum Dicastillo *ubi supra n. 15.* quod licet per votum suscipiendo sacros Ordines emissum ante matrimonium, contractus ipse matrimonij reddatur illicitus, si fiat animo non ingrediendi religionem; actus tamen coniugij illicitus non est; neque actus petendi; quia qui post tale votum contraxis, non tenet religionem ingredi; cui obligationi, si esset, posset oblatre actus primus, quo matrimonium consummatur. Quando autem votum illud sit post contractum, non redditur illicitus actus coniugalis primus; nisi quando vovens tunc aduertebat votum non posse

Sup. hoc in-
itia in fine
Ref. 219.

Tom. II.

implere, nisi religionem ingredieretur.

7. Circa secundum votum ingrediendi Religionem obseruandum est primum, actum coniugalem, quo matrimonium consummatur, reddi illicitum ipsi voventi, nisi moralis certitudo sit, quod alter coniux daturus sit facultatem ingrediendi religionem, & praestitutus omnia quæ requiruntur, ut possit tale votum implere. Ratus est, quia in eo primo actu, quo matrimonium consummatur, vovens redditur impensis ad ingrediendi religionem, nisi altero coniuge permittente, & ad requisita cooperante. Post primum vero actum coniugij, ceteri actus non sunt illiciti, quia nullo modo opponuntur, nec difficultius reddunt votum Religionis emissum. In quo Autores plerique consentiunt.

8. Mihi tamen adhuc distinguendum videtur, nam si spes aliqua sit, quod coniux carens liberis concedet facultatem ingrediendi religionem, non concessurus si liberos habeat, videtur non posse petere, & cooperari ex parte sua ad apponendum impedimentum filiorum, quibus susceptis nec alter coniux permitteret ingredi, nec forte iam poterit, quia filii indigebunt parentis assistentia; si tamen nihil horum timeatur, libere poterit petere, semperque, & in omni eventu petenti tenebitur reddere.

9. Circa tertium votum non contrahendi matrimonium, obseruandum est esse quidem illicitum ipsum contractum, post contractum vero nullo modo reddi illicitum actum coniugij, nec primum, quo matrimonium consummatur: nec secundum, & deinceps, ut recte contra nonnullos aduertit Sanchez *supra*. Quia actus coniugij non est recte contra votum: nam consummare non est contrahere.

RESOL. CLIX.

An habens votum Religionis seu Castitatis peccet mortaliter contrahendo matrimonium animo ingredienda Religionis antequam consummum matrimonium?

Et quid est sentendum, quando quis absque ideo voto eo animo matrimonium contraheret? Ex part. 3. tr. 4.
Ref. 280. alias 281.

§. 1. **A**ffirmatiue respondent Doctores communiter; quia facit graueni injuriam alteri coniugi, cogenerut enim eius professionem expectare. Secundo ob periculum mutandi animum, & ita violandi votum. Tertiò tali animo contrahens videtur Sacramento illudere. Et ita hanc sententiam docent DD. quos citat, & sequitur Sanchez *ubi infra n. 7. & 10.* quibus ego addo Coninch de Sacr. diff. 23, dub. 3, n. 13. & Gurtierrez de matrim. cap. 25. num. 4. Hæc sententia est probabilior, & sequenda.

2. Non reticem tamen contrariam sententiam esse probabilem, & ita illam vocat Sanchez de matr. lib. 1. diff. 43. n. 6. in fine. & n. 11. in fine. Primo, quia nulla insertur injuria alteri, si religionem ante consummationem matrimonij ingrediatur, & contractus utrinque aequalis est, id enim alteri licet. Ergo, &c. Secundo, ubi actus nullam injuriam irrogat, sed ingredi religionem post matrimonium ratum, non est contra iustitiam; ergo nec erit, si contrahatur eo animo. Et ita docet Calderinus in cap. rursus qui clerici vobis. Scot. in 4. diff. 3. sequens. anic. prope finem. ver. cōsimiliter si de peccato ageretur. Altisiodorensis. lib. 3. summa tract. 2. cap. 2. qu. 3. ad 3. Angelus ver. matrim. 3. impedi. 5. n. 1. Caietanus in sum. ver. matr. cap. 1. ver. & scio peccatum esse, & Petrus Ledesma de

Sup. hoc le-
ge supra do-
cetrum ref.
28. per fo-
tam.

N n 3 matrim.

matr. q.53. art. 1. dub. 1. concl. 2. qui cum Scoro afferit, nullam in hoc casu interuenire culpam, & hæc omnia à fortiori etiam procederent contra Cœcum lib. 5. inst. tit. 12. n. 20. Ledeswam in 2. part. 4. qn. 55. art. 2. & alios, quando quis absque vlo voto eo animo matrimonium contraheret. Sed contraria sententia, vt dixi, est probabilior.

RESOL. CLX.

An fœmina, que contraxit matrimonium cum viro improportionato, vel aliquantulum debili, ut facilius patet aditus, teneatur pati incisionem, si commode potest?
Et an in tali casu tale impedimentum censendum sit perpetuum, & matrimonium declarandum nullum?

Ex p. 3. tr. 4. Ref. 200. alias 201.

Sup. hoc latè in Ref. seq. & in alia eius an-

§. 1. *Affirmatiuam sententiam docent communiter Doctores, & inter illos Sanchez de matrim. tom. 2. lib. 7. disp. 93. n. 32, quia cum verum sit matrimonium, ius sui corporis transluit in virum. Ergo si commode potest sine magno incommmodo aptam se reddere viro, teneat. Et ita hanc sententiam nouissimè docet Villalobos in sum. tom. 1. tract. 14. diff. 18. n. 16 præter Doctores veteres, inter quos est D. Thomas in 4. dispe. 44. q. 1. art. 2. ad 5.*

2. Sed ego contraria sententiam probabilem esse puto, quam docet Basilius Pontius de matrim. lib. 7. cap. 62. num. 2. qui pro hac sententia validas rationes adducit, præter auctoritatem Durandi, Paludani, & Gabrieli. Et ita Salmantica die 3. Aprilis, anno 1570. consulunt respondere testatur M. Luysum Legionensem in causa matrimonij D. Francisci de Fonseca, & D. Ioanne de Azeudo.

3. Igitur in tali casu tale impedimentum censendum est perpetuum, & matrimonium declarandum nullum: nec fœmina tenetur huiusmodi remedia pati, sed à coniugij onere libera est, vt alteri nubat. Ad argumentum verò, quod adducit Sanchez, responderetur, fœminam per contractum matrimonij ius suum tradere viro apto, non inepto, arque in non aptum nullum transferri ius. Ergo &c.

RESOL. CLXI.

An fœmina, que contraxit matrimonium cum viro improportionato, vel debili, ut facilius patet aditus, teneatur pati incisionem, si commode potest?
Et distinguitur hec difficultas, quando defecus non provenit ex muliere, sed ex viro, & ex muliere provenit, deceditur, quid est faciendum?
Et pro praxi queritur, an si vir trium annorum congreſſu, atque conatu clauſtratum fœmina non violavit, an inquam in tali casu matrimonium sit dissoluendum? Ex part. 3. addit. Ref. 3.

§. 1. *In part. 3. mearum resolutionum, tractat. 4. Ref. 201. opinio negativa Basiliij Pontij lib. 7. Rel. antece. de matrim. cap. 62. num. 2. probabilis mili viſa est dens, & in ex rationibus quas ipse adducit, & in fortioribus Ref. seq.*

terminis hanc sententiam in causa matrimonij Illustrissimorum D. Francisci de Fonseca, & D. Ioan. de Azeudo testatur consuluisse virum illum magnum Aloysium Legionensem Salmanticæ die 3. Aprilis anno 1570.

2. Sed aduersus illum nouissimè, me etiam citato, insurgit Megalius in promptuar. Theolog. tom. 1. ver. corruptio virginis, num. 5. assertens hanc senten-

tiam esse contra sacros Canones, nimis contra cap. ex literis, & cap. fraternitatis de frigida & malitia & contra Doctores, præserium Durandum, Paludani, & Gabrieli, & plurimum doles me hanc sententiam docere.

2. His tamen non obstantibus adhuc puto optimam quam docui probabiliissimam esse, pro eius explicacione duas sunt difficultates. Prima, an in tali casu mulier teneatur adhiberi incisio, si non adhic periculum. Secunda, an fit dissoluendum matrimonium. Et quod primam difficultatem affirmatiuam responderet Megalius vbi ipsa; sed ego puto distinguendum est. Nam aut defectus naturalis est in muliere ob extraordinariam acciditatem, aut mulier nullam patitur agitatem, seu defectum; per illam non stat, quo minus redditum viro suo, sed defectus procedit ex illo, qui non habet (ignoscant quæso pudicæ auctæ) nisi improportionatum, vel non in fieri intentum erigit.

3. Hoc supposito, dico quod in primo casu si incisio non sit inducitua mortis, vel infirmitatis gravis, & periculosæ, non solum potest, sed teneat mulier illam pati, quia defectus provenit ex scipio, & in eas angustias mulier sua culpa se connecti, & buiſſer enim sibi propriece ante nuptias. Volum in secundo casu, quando defectus non provenit muliere, sed ex viro, vt est in casu de quo loquimur, tunc puto fœminam non teneri ad incisioem tollendam, etiamsi modo facili efficiatur, hoc est, si vita periculum non adducat, puta cautele, vel apertione sigilli. Et hanc sententiam non solum tenet Pontius, & Ledesma de matrimonio, qd. 1. art. 1. circa fin. ab ipso Sanchez citatus, sed etiam nouissimè illam docet Gaspar Hurtado iugis Theologus Societatis Iesu, tract. de matrimonio, qd. 1. diff. 8. num. 25. quia, ait, fœmina nulla est deputata nisi redat, sed tantum viro; ergo ipsi viro, & fœmina incumbit voti remedio, quo deficere ipsa supplicatur: fœmina vero sufficit offerre debum non a dinario: præsentim quod fœminam præcipue empius artificio corrumpi horreat quodammodo natus, & brennas ipsa difficile patiatur. Ita Hurtado in citato. Igitur fœmina, in casu de quo loquimur, nullam tenetur adhiberi incisionem, etiamsi modicū sine periculo illam aptram reddenter, vt vitum ipsa consummate posset. Et hanc sententiam probabiliissimam esse minimè dubito, quidquid in contrarium afferat Megalius, & Sanchez, quibus ego addo Petrum Ochagaviam de sacra tract. de matrimonio, qd. 69. n. 16.

4. Quoad secundum vero difficultatem, an si vir trium annorum congresso, atque conatu, clauſtrato non violavit, an, inquam, in tali casu matrimonium sit dissoluendum: & probabilitate affirmatiuam respondeo. Vnde notandum est cum Pontio, in contractu matrimonij celebrati in ordine ad copulam esse traditionem corporis apti in viam, etiam pro corpore apto. Tradit itaque fœmina corpus aptum, vt vitatur eo etiam vit ex se apus, non vero se tradit incepit, cum sit contractus tui pro re equalis estimationis. Hinc oritur ius, quod confert matrimonium, non esse aliud, quam vt vit aperte virum apto corpore. Si ergo incepit fœmina corporis viam, quod de se aptum est illi in viam traditur, nullum habet ius in matrimonio vit in corpus fœmine. Qui ergo importanter est ad virginem agnoscendam, cum reuerâ ille sit incepitus, nisi incidatur, nullum ius habet ad viam, quia cum hoc ius solum conferri debeat ex vi contractu, non teneatur contractus validus, nisi sub intellectu condicione mutua aptitudinis. Hæc Pontius,

5. No